



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatus De Institvtione Sacerdotum, qui sub Episcopis
animarum curam gerunt, quo ad mores eorum & reliquam
vitam**

Soto, Pedro de

Louanij, 1562

6 De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30247

Lect. Sexta

Confessa
ri^o explo
ret cōfite
tētis do
lorem.

DE EADEM RE.



VIA diximus obser
uāda esse tempora poe
nitentię, iam quid in il
lis imponēdum sit
poenitentibus, quid cum eis agen
dum, est diligentius consideran
dum. Idque iuxta illa quę dicta
sunt de peccatorum causis & ori
gine.

Igitur primò omnium sacerdo
tis est, considerare poenitudinem
& dolorem confitentis, quantus
& quā verus sit. Et cum aper
tè (quantum constare potest) vi
derit defectum, min⁹ erit illi ne
gotij. Quando autem aduertit nō
veram poenitentiā, nec sensum
peccati in confitente, omnibus
modis laborare debet ad exhor
tandum ipsum ad veram poeni
tentiam; nec alia ratione potest
sine

sine
hoc
dis c
mē r
re fac
effica
& co
mou
captu
spirit
lectio
bere r
mori
prim
veran
statio
Chris
lias de
ta in h
thodu
nos ar
mus in
feruat
ration
tradit
in gen
special

fine graui peccato absoluere. Ad hoc igitur agendum, is qui audiēdis confessionibus vacat (maximè rudium) debet paratos habere sacrae scripturae locos, quibus efficaciter ad verum Dei timorē & compunctionem peccatorum mouere possit peccatorem, iuxta captum illius. Et debet profectō spiritualis animarum medicus, ex lectione scripturae & patrum habere non pauca recōdita in memoria, & piē meditata, quibus primò seipsum, deinde alios ad veram compunctionem & detestationem peccati moueat. Habet Chrysostomus non paucas homilias de poenitētia, ex quibus multa in hūc usum sumi possit. Methodus etiam confessionis, quam nos ante paucos menses curauimus imprimi, habet multas observatione certè dignas considerationes. Primò, cum methodū tradit detestandi omne peccatum in generali, & deinde singula in speciali: in quo argumento posita

ta

*de reme
dijs adhi
bēdis cō
tra pecc
cata su
tura.*

tamus non minima commendatione dignum esse librum illum. Diximus etiam nos nonnulla superius, cum circa sacramentum poenitentiae de veritate & perfectione contritionis ageremus. Satis itaque sit, ut sciat spiritualis quilibet medicus hanc artem sibi & cognitam esse debere, & ante omnia ad manum esse habendam. Sed his proximum est, ut satis agnoscenti animae suae infirmitatem, medicinae adhibeantur contra recidivum: idque secundum qualitatem poenitentis, & pericula occurrentia. Primo certum est, relinquendum esse fratrum peccati, & personam omnem cuius commercium sine peccato, vel scandalo, aut animae periculo non est. Deinde societatem ipsam & amicitiam, siue aliorum consuetudinem, qua constat experientia ad peccandum induci hominem. Denique occasiones, colloquia, congressus, & reliqua omnia, quae merito is qui salutis suae

cus

P
curam
bet: qu
ad decl
rō ne f
ornata
& ne f
verum
da sunt
ac exer
ad piet
at atq
etiam p
uer for
re, & si
pauca
digna
perspe
cis, sic
stianus
talibus
& Gre
libus, n
ma qu
rum ac
vtilis.
us qua
quam

curam gerit, timere potest & debet: quæ omnia reuera pertinent ad declinandum à malo. At verò ne scopis tantum mundata & ornata sit conscientia, sed vacans: & ne solum declinetur à malo, verum fiat etiam bonum: addenda sunt pia & Christiana studia ac exercitia, quibus animus verè ad pietatem excitetur, & proficiat atq; cõfirmetur in ea. Habet etiam prædicta methodus & vniuersorum peccatorum in genere, & singulorum in specie non pauca, nec leui consideratione digna remedia, quæ etiam cupim⁹ perspecta esse spiritualibus medicis, sicut etiã antiquiores illi, Casianus in collatione de octo capitalibus vitijs & remedijs eorum & Grego. in omnibus suis moralibus, multa de his docent: summa quoque illa virtutũ & vitiorum ad hanc rem non est parum utilis, his præcipuè, qui res potius quàm verba, & timorem Dei quàm eloquentiam quærunt.

Sed

Sed quibus aut Gregor. aut Cas-
sianus, aut alij maiores libri non
sunt ad manum, aut non sunt ad
captum illorum scripti, cupimus
librum illum commendatum esse.
Sed iam circa hæc duo compū-
tionem videlicet excitandam, et
adhibenda remedia, in speciali
pauca tradamus.

*Ignorā-
tes iſtru-
ēdi sunt
a peccā-
tis.*

Primò igitur illud est apertis-
us, & reuerà minus operosum, vt
cū ex plena ignorantia, iuris
scilicet humani vel diuini (eorū,
inquam, quæ concernūt salutem
animæ, & statum cuiusq;) peccā-
tum est: adhibeatur vera doctrī-
na: ita vt omīssa anxia inquisi-
tione, an excusauerit illa ignoran-
tia, an non (raro enim in his excu-
sat) imò cū nonnulla etiam
excusatio locum habere videtur,
fatius est se coram Deo agnosces-
se reum ignorantia, eorum quæ
ad se pertinebant: omīssio inquam
hoc, doceatur peccator à spiritua-
li iudice, quid circa statum suum,
artem, aut conditionem, aut in-

geni

geniu
bus o
trariū.
ta, cert
dubia
feat &
am ac
poenit
quand
rat spi
sunt ex
nimiu
Primu
um suc
tur & i
à com
ti vero
inquisi
dā nun
in vna
mnia i
more a
tjjs & r
planæ g
inhære
lestum
nitētes

genium, aut denique opera quibus occupatur, sit legi Dei contrariū, & quid licitum: ita ut certa, certò noscat, & dubia etiam ut dubia saltem, & minus tuta agnoscat & vitet: nonnunquam etiam ad doctiores remitti potest poenitēs, aut cum eius consensu, quando opus est, ad illos recurrat spiritualis iudex. Quare duo sunt ex vtriusque parte cauenda, nimium indigna hoc iudicio.

Primum, ne confessarius nimis um suo sensui ac iudicio innitatur & inhæreat, & ne sensus eius à communi sit alienus: poenitenti verò vitanda est importuna illa inquisitio & curiositas, qua quidā nunquam sibi satisfieri sinūt in vnam aut in alteram partē. Omnia itaq; hoc loco cum Dei timore agenda sunt: nec tam argutis & nouis adinventionibus, quā planæ graui, atq; certæ doctrinæ inhærendum. Reuerà nimis molestum est, cum tuta & certa poenitētes sequi recusant, cum ad do
ctio

etiores appellant, maximè ubi agitur de iactura tantum rei temporalis, vel voluntatis & desiderij proprii, aut certè quæruntur difficultates & pericula, & timèt ubi non est timendum. De quibus quanquam sint diuersæ doctorum sententiæ, ad quid teneatur proprius parochus, vel is qui non est proprius pastor, ante vel post audita peccata cùm poenitens alterius & non confessoris sententiam sequi vult, quid etiam in diuersitate opinionum fieri debeat: nos tamen putamus poenitentem hæc nimium curantem, minus curare salutem suam, & minus de ea sollicitū esse: atq; ideo meritò spiritualis iudex hūc admonitum, potest tanquam minus dispositum dimittere, iuxta illud: Curauimus Babylonem, & non est sanata: derelinquamus eam. Et ipse meritò timere debet illud quod supra diximus: In iniquitate interrogantis erit iniquitas respondentis, & cæt. Hæc itaq;

itaq; de
 gnora
 Est
 mni pe
 porius
 tentia
 rituali
 nonnu
 rationi
 peccata
 Hanc p
 dā esse
 randæ
 Est hæc
 ma on
 fa, heber
 narum
 aut non
 parum
 ter ac n
 niare di
 est, vt n
 q; excite
 morem
 nantur
 compur
 minum

itaq; de perfecta & plena illa ignorantia.

Est porro altera quam in omni peccato esse diximus, quæ potius inconsideratio & inaduer-
tentia est, aut minor attentio spiritualium rerum. Hanc efficiunt nonnunquam passiones, cum vi-
rationis hebetant ac turbant: & peccata consummata eam augēt. Hanc putamus valde attendendā esse spirituali medico & ei curandæ esse adhibenda remedia. Est hæc ferè in omnibus maxima omnium peccatorum causa, hebetudo scilicet sensus, æternarum rerum obliuio, qua fit, vt aut non considerentur, aut tam parum attentè, & tam inefficaciter ac negligenter, vt quasi somnare dicas hominem: atq; hinc est, vt non moueant animum, neq; excitent aut desiderium, aut timorem: ideòq; etiam si proponantur à confessore, non excitāt compunctionē. Huiusmodi hominum sunt multi gradus. Alij enim

*De curā
da rerū
spiritua
liū obliu
uione et
incogitā
tia.*

enim omnino ita stupidi sunt & inepti, vt nec sentiāt. Nec desunt qui putent multos excusari ob naturalē ruditatem intellectus, aut defectū exercitij: vt rudes illi et agrestes homines inter bestias vitā agentes, qui nec legere, nec cogitare quicquam nouerunt, plus quā iumenta ipsa: quod sanē in baptizatis, & spiritus sancti donis illustratis, nequaquā putamus sine graui eorum culpa, & immūditia animæ inueniri posse. Ponā (inquit Isaias) vniuersos filios tuos doctos à Deo: de Christianis omnib. loquens. Et Iohānes: Vnctio eius docet vos de omnibus. Vnde, iuxta scripturam, b. Thom. optimè colligit, iustos omnes & dono intellectus illustrari quō penetrare possint diuina, & scientia, sapientiæ atq; consilij, quibus instinctu quodam spiritus sancti, & quasi propensione quadam naturali, & similitudine atq; coniunctione animæ cum spiritualibus, rectè de his sentire & iudicare possunt.

Isai. 54.

1. Ioh. 2.

possint
huius m
medicu
ratio v
ne, in au
in atten
humilia
lumina
non pau
qui sp
& eō m
erint re
Quāc
malitia
dum qu
& illi p
dum: qu
culiares
nes eni
nis cura
trarijs: C
Paulus.
habent a
method
ac virtu
ma, aut
tur ex co

pos

possint. Propterea putamus ab huius morbi curatione, spirituale medicum oportere incipere. Cuius ratio verò eius cōsistit in lectio-
ne, in auditu mysteriorum fidei, in attenda eorum cogitatione, in humili ad Deum oratione, pro illuminatione cordis. De his igitur non pauca præscribenda sunt his qui spiritualiter sanari cupiunt: & eo magis, quò minus reperti fuerint rerum fidei ignari.

Quàdo etiã ex infirmitate vel malitia peccatum est, considerandum quanta sit hæc ignorantia, & illi primò omnium medendum: quanquam habeant hæc peculiare suas medicinas. Passiones enim & delectationes carnis curantur afflictionibus contrarijs: Castigo corpus meum, ait Paulus. Aliarum rerum affectus habent alia remedia: de quibus in methodo, & summa vitiorum ac virtutum: sed certè aut potissima, aut prima remedia sumuntur ex consideratione rationis cir-

*De curã
dis affe-
ctibus.*

*de curā
da malis
tia volū
tatis.*

ca spiritualia, præcipuè æterna bo
na aut mala. Ita enim docuimus
passiones mitigari ratione, quod
est, consideratione attentā. Malis
tia autem illa voluntatis vel par
ua vel magna qua peccata placēt
nonnūquā propter se, cū non
aliud sit quàm interioris gustus
corruptio, propriè curatur cōtra
rijs: & quibus, nisi consideratio
nibus? Gustate & videte quoniā
suavis est dominus. Ergo amaris
considerationibus, timoris scilicet,
humor ille quo peccata sapi
unt, purgabitur: dulcioribus ver
rō reficietur animus. Itaque si be
ne consideremus, plurima reme
dia posita sunt in consideratione
& attentione animi circa diuina:
& certè sine illa, pauca putamus
inueniri posse efficacia. Videant
itaq; spirituales medici quid agāt
cū externa quædā & quasi cor
poralia exercitia tantum iniun
gunt, etiam si præcipiant oratio
nes vocales: & nihil de interna
consideratione, vbi vera pietas
est.

est aut
impon
merito
Exerce
corpor
cum vt
omnia. E
ligentes
dico ag
ram po
contra
remedia
timorē
tionibu
ritatis c
primis p
uitatum
ne, in ta
propter
ximè ex
iudicij &
& multi
sunt tot
denique
nium et
sione &
per ice

est aut docent, aut admonent, aut imponunt infirmis. De his enim merito illud Pauli intelligitur. Exerce teipsum ad pietatem, nā corporalis exercitatio ad modicum utilis est. pietas autem ad omnia. Ex his igitur omnibus colligentes, sic putam⁹ spirituali medico agendum esse, siue vt ad veram poenitentiam hortetur, siue contra futura peccata adhibeat remedia. Primo exhortabitur ad timorē Dei, adhibitis considerationibus diuinæ iustitiæ & seueritatis contra peccata in angelis, primis parētibus, in diluuiō & ciuitatum immūdarum subuersione, in tanta strage filiorum Israel propter peccata, in deserto: et maxime ex consideratione diuini iudicij & damnationis æternæ, & multitudine pereuntium, cui⁹ sunt tot testimonia scripturæ: & denique (quod supremum omnium est) ex ipsa proprii filij passione & morte, in quibus propter scelus populi sui percussit eum;

*Instru
cti eor
um qui
cōfessio
nes audi
unt.*

eum vbi simul est & summæ iustitiæ, & summæ misericordiæ exemplum, quo & excitatur timor, & temperatur. Secundo, quoniã opus est vt timor iste altas radices agat in corde, & totum possideat hominem: præscribet confessor vacationem quandam, & cessationem ab his quæ animum auerunt: statuet dies aliquot hebdomadæ, & loca ad quæ confugiat, & quibus solitarius sedeat, ab omni tumultu semotus corpore & animo: tunc suppeditabit cõsiderationes, quibus exerceatur his diebus: aut minus exercitatis ostendet quod legant, aut quod audiant, et ad quorũ colloquia ac collationes accedant: ita denique vt cuique præcipiat id genus cõsiderationis & eum modum, quo putabit eum ædificandum, & fructum consecuturum: cætera quorũque exercitia magis excitent ad hæc, quàm abstrahant. Vt si iubeat conciones audire, aut alia diuina officia, vt in eis quietius cogi-

gitentia
iunia &
hoc ipse
facilius
na, ad qu
quanqu
scribere
spiritui,
compr
viderit
te perso
agnosci
hibere
ad ociur
putamus
dũ, ne qu
tione m
impona
illud Pau
ad modi
omnia. T
stremo l
omnium
dio est p
pro illu
vera poe
vt docui

gitentur diuina. Denique ipsa ieiunia & misericordiae opera, ad hoc ipsum ordinentur, vt mens facilius & capiat & cogitet diuina, ad quod excitetur per illa. Et quanquam debeat etiam de his prescribere, quantum ad subiiciendam spiritui, & domandam carnem, ac comprimendas eius nimias vires, viderit esse necessariū pro qualitate personae, & peccatorum. in quibus agnoscit eum esse lapsum: & adhibere etiam contra haec, quae ad ocium fugiendum pertinent: putamus tamen in his obseruandum, ne quaedam arida & sine deuotione mentisque exercitijs ieiunia imponantur. Hic cogitandum illud Pauli: corporalis exercitatio ad modicum utilis est, pietas ad omnia. Tertiō denique, non postremo loco, sed in principio horū omnium, & inter ipsa ac in medio est poenitenti sedulo orandum pro illuminatione mentis, pro vera poenitentia & conuersione: vt docuim⁹ in tractatu de poenit.

Nam

Nam hæc omnia ad orationem pertinent: vacatio scilicet à temporalibus & curis atq; negocijs sæculi, consideratio spiritualium rerum atque mysteriorum fidei, & supplex petitio pro consequenda Dei gratia: in quibus coaptandis & moderandis captui poenitentium, magna est constituta pars huius spiritualis artis mendendi animabus.

Hæc itaq; rudibus & minus exercitatis, rudius quidem & paulatim persuadenda & explicanda sunt: ad quod maxime, quod in lege veteri scriptum est, conducet. Nam si temporalia illa beneficia & præcepta adeo cogitare præcipiebantur & memoria tenere, ut scriptum sit: Meditaberis sedens in domo tua, ambulans in itinere, dormiens & cõsurgēs; & multa in hanc sententiam: quãtõ magis fidei christianæ mysteria, nulla ratione sunt obliuioni tradenda: Nam horum obliuio omnia sequim adfert mala & incom-

Deut. 6.

uis

mo

moda, fa-
nalem h
ius mun
libus alte
um pess
la securu
ad salute
statu nih
potest.

Ita igitur
his qui a
his alieni
tur, max
spositi a
paulatim
tantum, s
das his te
verò qui
sunt, vel
minora a
ut & isti,
ex hac spi
cina habe
ciant, & c
mati cõtr
spiritualis
oratione

moda, facitque ex Christiano carnalem hominem & amicum huius mundi, ac omnino à spiritualibus alienum, & (quod omnium pessimum est) inter hæc mala securum, & nihili facientem que ad salutem animæ pertinet, quo statu nihil periculosius cogitari potest.

Ita igitur hæc agenda sunt, ut his qui assueti sunt peccatis, & ab his alieni, priusquam absoluantur, maximè cum non satis dispositi apparent, imponantur paulatim, ita ut non per vnam tantum, sed plures etiã hebdomadas his teneantur exercitijs. His verò qui omnino ab his alieni sunt, vel minus assueti peccatis, minora atq; breuiora: ita demũ, ut & isti, & illi, & deniq; omnes ex hac spiritualis medicinæ officina habeant, vnde quotidie proficiant, & cautiores magisque armati cõtra peccata recedant: quod spiritualis etiam medicus assidua oratione, & in se & in alijs co-

nabitur efficere, vt dignè fungi
 possit suo officio. Det Christus
 Dominus omnibus spiritum su-
 um, quo hæc omnia facillima ef-
 ficiuntur, & sine quo difficillima
 ac impossibilia sunt. De quibus
 non sine timore hæc tam pauca
 diximus, cum in vtramque par-
 tem videamus illa imperfecta ef-
 se. Nam spiritualibus & feruenti-
 bus non sufficient; tepidis vero
 nimia videbuntur. Sed nobis
 satis est vtcunque hæc sub-
 indicasse, magisterio spi-
 ritu sancti cætera
 relinqua-
 mus.

DE

DI
S

L



dotali: i
 co distri
 cerdotib
 mō ord
 est dubi
 ligari: d
 non ser
 propter
 quedam
 sciunt